

æquales in numero horis longitudinis gradus præcedētis à circulo mediæ diei. Cūq; hoc sciuerimus, considerabimus quot temporū ex æquinoctialis circuli temporibus fuerit longitudo gradus sequentis à gradu mediæ cœli, cum positio gradus sequentis prima positio fuerit. Hoc autē ex ascensionibus circuli directi deprehēdemus, post hoc igitur obseruabimus quāta erit eius longitudo ab eo iterum q̄ suarū temporalium horarum numerus quæ sunt inter eum & mediæ diei circulū erit, sicut sunt horæ gradus præcedentis, istarum horarū numerus in numerum temporum horarū sequentis multiplicando. At si horæ q̄ nobis extiterint respectu mediæ cœli qd̄ supra terrā est accepit fuerint ea per q̄ multiplicabimus erunt tempora diurnaliū horarū. Si autē fuerit respectu mediæ cœli qd̄ est sub terra per nocturnaliū horarum tēpora multiplicabimus, deinde id qd̄ inter utranq; longitudinem ex superatione unius ad alterū exierit accipiemus, quia ipsum erit numerus annorū quæditorum, & ut hoc qd̄ diximus sit euidentius, Arietis principiū locus præcedens ponatur, locusq; sequens, sit Geminorū initium. clima etiam in quo fuerimus quemadmodū & illud cuius dies longior est. 14. horarū, tempora igitur horarū principij Geminorum erunt ferè. 17. ascendatq; primitus Arietis initium ita q̄ Capricorni principium sit in cœli medio, tunc etenim erit longitudo Geminorum à medio cœli qd̄ est super terram. 148. temporū ex æquinoctialis circuli tēporibus & quia longitudo initij Arietis à medio cœli qd̄ est super circulum mediæ diei est. 6. horarum temporalium cum eas in. 17. tēpora multiplicauerimus q̄ sunt quātitas temporum horarū initij Geminorū, eò q̄ longitudo. 1448. temporū non est nisi respectu mediæ cœli, qd̄ est super terram, erit tempus huius longitudinis. 102. temporū. Sequens igitur locus post tēpora quot sunt tempora superationis quæ sunt. 46. ad præcedentē locū mutabitur, tēpora igitur ascensionū Arietis & Tauri tot sunt ferè, quot & ista tempora, hoc autē ita positum est, ut si locus alhileg sit ipse locus ascendens. Sit iterū cœli medium Arietis initium, ita qd̄ si primā positionem initij Geminorū longitudo à medio cœli qd̄ est super terram sit æquinoctialis circuli temporibus. 58. temporū. Quapropter in hoc secundo loco, nobis obseruare cōuenit quando erit ea in quibus Aries & Taurus mediæ diei circulū abscedunt. Ideoq; mediam diem accipimus sic, quandoq; ibidē alhileg esse ponimus. Item sit occidēs Arietis principiū super eundē modum ita q̄ initium Cancrī sit in cœli medio & longitudo principij Geminorū à medio cœli q̄ super terram est sit secundum signorū accessionē. 32. temporū ex æquinoctialis circuli temporibus. Rursus quia lōgitudo principij Arietis à mediæ cœli circulo, uersus occidentē est. 6. horarū temporalium, cum eas in. 17. multiplicauerimus, habebimus 102. tempora, q̄ sunt à mediæ diei circulo Geminorū initij longitudo cum occiderit, eratq; iam ipsius longitudo uersus hanc eandem partem, cum in suo primo loco fuerat. 32. temporū. Probatur igitur ipsum ire ad occidentalem locū in superatione q̄ est in hæc duo tempora, qd̄ est tempus occasus Arietis & Tauri, ac tēpus ascensionum duorum signorū eis oppositorū q̄ sunt Libra & Scorpius. ¶ Item nō sit Arietis initium in angulorum aliquo, & ponamus eius longitudinem  
uersus